



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Primus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

Poggij Florentini Oratoris clarissimi / ad illustrissimū principem Sigismundum Pandulphum Malatestam: De miseria conditionis humane.
Liber primus.



capitū: cōquerentibus tam asperam atq; imanem Barbarorū crudelitātē in cede & sanguine fidelū debacchātā. Quidā verbis augebant calamitatē susceptā futurāq; christiani populi pericula extimescebāt. nisi alijs & consilijs & viribus tā si incendio futūrenēt. Singuli deniq; in eam sententiā descendebant: ut nullā prorsus orbibus seculis diuorem / neq; perniciosiorē urbis alicuius captiuitatē asseuerarent. Idē vultus Christi fidelibus illatū affirmabantq; dubitandū esset / ne pestem perniciosissimā cōsequeremur / urbem illā tanq; ianuā quandā p̄bituram Teucris aditum ad occupandas reliquas Europe nationes: p̄sertim in mutua christianorū dissensioe. Nullū esse christiānū regnū pacatū: nullā ferme gentē / nullā puñciā absq; bello. Eos qui suis opib; essēt reprimere et cōtundere vires infidelū soliti / domesticis discordijs implicatos esse. Itāq; que sola suis armis terra mariq; p̄fligaret potentia barbarorū / varijs bellis q̄sari. Ita vero dolebāt eōm Græciē ruina / ut de p̄pria extimescerēt: cū om̄s hebescere viderent ad ferēda p̄sidiā: qbus hostilis impetus cohiberet. Cū postea post varios sermones abissent om̄es / p̄ter Mattheum palmeriū virum doctissimū atq; om̄i virtute p̄stantē / percontari cepit Cosmus: qd de hac luctuosa sentiremus captiuitate: quā om̄es tam multis verbis ita deplorarent atq; auerent: ut cōstans esset opinio / nihil magis pestiferū christiānis accidere potuisset. Et simul de varietate temporū querebat & fortune sequitā: existimans nihil crudelius: nihil acerbius multis seculis auditū. Tum Mattheus: ego inq; humanitatis t̄m causa tanq; urbis ruine cōmiseratōem arbitror esse habendam. Si vero Græcorū naturā / mores / vitam / perfidiā / desidiam / aurariā expendas: digni nihil om̄i supplicio vident. Primū que sit eorū natura / que vita satis a Cicero: ne nostro exprimit in ea oratione que est pro L. Flacco. qua fide / qua religione / quo animo erga christianos semp fuerint declarat plurimū exercitū christianoꝝ interiit: qui cū ad terrā sanctā recuperandā p̄ficerent / varijs eorū insidijs sunt extintū. Bis iam fidei p̄fessionē catholice in cōsilijs factā abnegarūt. Tāta vero in illis tū ignavia / tū auraricia valuit: ut cū plurimo auro argentoq; abundarēt / ne nūmū qdem impedere vulerint in eorū urbis tutelā. credo ut opulentiorē p̄dam Teucris reliquerēt: cū certissima fama sit: ingentē & ultra q̄ quis fuerit opinio in illa thesauri thesaurū fuisse repertū. Semp pontificū p̄sidiā in rebus dubijs implorabant & quo d̄p̄met sibi subsidium prestare facillime potuissent ab alijs requirebant: ut non casu / sed diuino iudicio ea calamitas accidisse videatur. Fateor tamē: q̄uis eorum culpa tanta urbs perierit: esse eam crudelitātē etiā in barbaris deplorandā.

Mattheus:

Græcorū de prauata natura.

Græcorū

Fortunę li-
centia.

Hic tamē lamentabile tantę vrbis casum magnificendū puto: ac minime cō-
nendū. Verū non tam sunt hec admiranda / q̄ putantur vulgo: si q̄s fortune in re-
bus hūanis solitā licentiā atq; imperiū animi aduertat: eiusq; in dandis aufere dū-
opibus / principibus / imperijs / regnis instabilitatem. Non em̄ nunc primū in euer-
tendis ciuitatibus / gentibus / prouincijs vires suas ostentat. Antiquus est illi ha-
dus alta quassare: hunc extollere: hunc deprimere: regem ex seruo / seruum ex re-
ge facere. Adeo autem constat frequentes fuisse etiā magnarū urbium desola-
tiones: vt minime videatur mirandum illam tonare critica sublimiora: & summa
fastigia demoliri. Scio non eam solum urbem captam ab hostibus / ac direptam:
sed plures amplissimas ciuitates superiorū temporū monumentis: quę post referē-
tur: non tm̄ simili / sed etiā maiore clade / & sanguine hostili furore deletas. Ho-
rum miseriam magno dolore ac fletu prosequi deberemus: nisi maior infelicitas
tis moles / maior rerū metus occurreret: cui cōmuni quadam naturę lege subdi-
ti esse videmur. Non igitur nobis vnus tm̄ vrbis / sed vniversi orbis esset calamitas
atq; infelicitas defendenda: quę a deo vulgat in omnes: a deo genus humanū cō-
plexa est: ut nulla tanta esse posset dicendi copia: quę pro cōmuni miseriarū quali-
tate parem rebus eloquentiam prestaret. Videtis publicā / naturā: sensibus nos-
tris affixam miserę vitę legem ex parentis primi culpa contractam. Hinc nostra
omnis infelicitas pendet. Hinc errores / vitia / scelera hominū ortum ducit: ex quibus
vitę huius miseria propagatur. Hinc peccandi atq; a virtute declinandi faci-
tas / occasio / materia prebita est. Quibus rebus satis palam esitaret mortaliū men-
tes in miserias incurrere defendas: si vacaret nostras singillatim recenfere: ac de-
plorare calamitates. Quid est enim vita nostra nisi peregrinatio quędam laboris
erroris & stulticię plena. Hęc Heraclitus ille philosophus mente versans / conti-
nuo fletu stulticiam hominū miseriamq; prosequēbatur. Dolebat sapiens ille tam
stultam esse hominū vitam: lugebatq; humanū genus ad insaniam prolapsū:
cōtinuis meroribus versari: recta consilia spernere: negligere virtutem: vita sum-
mo studio sequi: odisse bonos: fauere malis: ea semper temere atq; impotente pe-
tere: quę animū nostrum fumis angoribus / varijsq; molestijs ac perturbationibus
agitant. Itaq; vitam hanc omnē defendam arbitratur: tanq; fontem uberrimū
ex quo multiplices nōstrę infelicitatis vtręq; molestę riuuli emanarent. Quare
melius inquit Cosmus egisse Democritus dicitur: qui non fletum / sed risum erro-
ribus hominū accommodabat. Quid em̄ stultius / aut viro sapiente indignius: q̄ fieri
re id quod corrigere nequeas: aut ex eo dolorem minime profuturū sumere / q̄
nullo pacto queas imutare: Ego potius miserijs nostris modū cenfeo statuendū
q̄ verbis augendas esse: aut certe inuestigandum / quemadmodū leuioribus nobis
efficeremus. Satis natura ipsa difficilis est: fragilisq; etiā consilio adhibito ad e-
sistendum incōmodis nostris: absq; q̄ illis grauitatem maiorem & durum pōdit
nostra cogitatione & malorū memoria adiudamus. Fateor plurimas esse vitę nos-
trę molestias: & magnā esse humani generis imbecillitatem. Fateor pluribus for-
tunę ventis nos esse expositos: & naturam nostram fragilem esse. Sed data sunt
etiā nobis cōmoda permulta / & firma presidia: quibus tui esse possimus aduersus
fortunę minas / & hanc quā narras miserā vitę cōditionē. Multa largita est nobis
blandimenta natura: multa q; iocunditates ac voluptates etiā honestas conestit /
quibus eiusmodi miseriarū pōdere leuaremur. Vxorē preterea dedit / liberos / nepo-
tes / p̄nepotes: in quibus tanq; in speculo nostrę imaginis exemplar intueremur.
Dedit in super longā progeniē: diuitias: opes: amplitudinē: honores: magistratus: sim-
peria: summū in ciuitate locū: quę nos aliquo velut impediō demulceret: et animū
nimiam molestijs auocātes / p̄ducerent a tranquillioribus cogitationibus. Id vero quod plerū
faciendū est / cōcessit nobis cōditor oim̄ Deus: rōem rebus ceteris excellentiore ad quā

Fomes ma-
li.heracliti la-
cus super
miseria hu-
mana.Cosmus.
Democri-
tus.Naturę blā-
dimenta.

tanq̄ inimicā arcem cōfugeremus: cuius p̄sidio fulti/ cōsilioq; parētes rebus mo-
 dum statueremus: nec progredi longius q̄ eius p̄scripta patian̄t sineremus nos-
 tras cupiditates. Illius sane p̄ceptis ad beatā perducimur vitā: vendicamurq;
 ab om̄i miseriarum tumultu. Id tibi certe ratio p̄stabit/ si ei obtempaueris: ut sis
 mo cōstantiq; sis animo aduersus utramq; fortunā: ut omne scelus equo animo
 feras: v̄imobilis ac tui iuris nullos reformides miseriarū tumultus: ad nullos me-
 tus expauescas: libertateq; v̄tatis animi: qua tectus sis ab omni fortunæ bello/ &
 ad p̄sentia mala cōstans/ & intrepidus ad futura. Sed quoniam cōmuni stulticia: a
 diuersis egritudinibus ac libidinibus p̄turbandos. Cum em̄ rōnem: hoc est virtus
 tem que est recta ratio/ neglexerimus: nosq; multiplicibus cupiditatibus rationi
 aduersis inferuerimus: tanq̄ a vero itinere oberrantes/ nullū quietis portū reperi-
 mus: vagi/ instabiles/ anxij/ solliciti. ut quos libido huc illuc transierfo agat/ nullo
 certo sine cupiditati. Quo fit ut ip̄met nostris malis a diuī causamq; p̄beamus
 Subimus em̄ fortunę om̄ia pro nutu suoq; more vertentis arbitriū: cuius temer-
 itate regitur p̄cipue vulgi atq; imperitorū vita. Quare haud mirum debet vide-
 ri: si multis miserijs implicata videtur humana conditio. Culpa id certe accidit nos-
 tra/ non nature: qui dotes illius nobis ad bene viuendū datas: malisq; dep̄cauas-
 tas moribus: verūtam in p̄nicem nostrā: serui fortunę facti/ cum liberi esse posse-
 mus. Tum ego: Dabit mihi veniam Mattheus inquam: si paucis ad ea que ate
 dicta sunt/ respondebo. Opinor Cosme/ ideo tibi ita videri: q̄ ceteros forsan tui
 similes & animi virtute/ & vitę integritate/ fide/ constantia iudicas: sed non om̄es
 idem ingenij/ eandem mentem/ eadem opes/ copias/ facultates/ eadem nature
 dotes afferunt ad vitę molestias propellendas. Vnicum podagre incōmodū in te
 cōspicimus: reliqua Deus opulenter in te concessit/ que sunt homini p̄cipue ex-
 optanda: ut hanc unam corporis egritudinē plurima & animi & fortunę dona cō-
 pensare queant. Sed quid sentiemus de reliquis: quorū hunc summa inopia: hūc
 malum pessimū stulticia: alium prolis orbita: alium cecitas: quosdam debilitas
 corporis: nonnullos tum carcer/ tum patrię calamitas: quosdā effera imansiq; nature
 ra a deo prem̄it/ ut se vltro miseros proficiant: qui q̄mes longe a te dissentiant: ut
 renturq; Terentij verbis: Tu si hic sis aliter sentias. Itaq; minime miror: leuem tibi
 videri miserā nostrā: aut non a deo diffusam: ut existimes om̄es mortales illi sub-
 ditos esse. verū sentiret a liter ille: cui que tibi ad sunt/ deessent om̄ia. diceretq; ven-
 trem plenū veteri proverbio/ facile deieciunjs differere: testaret suo exēplo inops
 nihil esse miserius paupertate: patria pulsus/ nihil exilio infortunius: ignobilis/ nihil
 difficilius concēptu: luminibus carens/ nihil durius cecitate: æger copore/ nil mor-
 bo miserius asseueraret. Stulti nunq; de sua stulticia cōquerunt. Nullus em̄ a deo
 demēs reptus est: q̄ aut de stulticia quereretur: aut doleret sibi sapientiā deesse. Plus
 res insurgerēt contra tuam sententiā varijs casibus a c̄ti: qui nihil affirmarent hac
 vita miserius nihil durius: nihil difficilius esse. p̄batissimis testibus cōtenderēt. Ad
 paucos descendere/ in paucionibus imorari secundā fortunā. Aduersę aut latum/
 amplum/ & peruagatū campū esse: iam prospere sit breuis atq; angustus. Vitam
 hanc omnē tum breuem esse: tum fortunę/ libidini/ iniquitatiq; addictam: iniqua
 magis q̄ equa lance acta hoim pōderantis. Hanc maxie bonis ac fortibus infestā
 v̄tis: quos pro arbitrio oppugnet/ virtuti p̄cipue inimica: illius temeritati nos sub-
 ditos esse: v̄nibusq; eius magis obnoxii q̄ rationi. Asseueraret p̄te rea rōem/ quā
 supra fortunā cōsistere arguis sopitā quodāmodo cedere i c̄tibus fortunę/ & illis
 us cōtumaciā cōformidare. Hinc morū p̄ceptor scribit Seneca: nos in fortunę regnū
 durū atq; iniuctū p̄uenisse: illius arbitrio digna atq; indigna passuros: abuti eam
 impudenter/ cōtumeliose/ crudeliter/ corpibus nostris: alios ignibus utere: alios

Virtus res
cta ratio.

Poggius

Terentius

Seneca

Rationis p̄
fidium

Rōnem de
bellant.

Psalmista.

Terentius
Seneca.

per incerta maria nudos iactare: ex quo omnem vitam nostra/tum suppliciu
affirmant: tum flebilem totam: tum varijs plenā casibus atq; infectā. Hanc q̄
tam nobis rationē asseris: qua fortunę vires debilitarentur: fateor id verum esse
quo ad animum spectat: si quis illa libere uti possit: sed plurima obstacula & tan
quam duri obices oppositi sunt ad consequendā virtutem. Concessit nobis ru
rum parens natura/vnicum tm̄ rationis p̄fidiu: quo firmiores cōtra fortunę
petum staremus: sed debilitavit illud plurimis hostibus ac p̄ualidis. Non enim
veteranos solū milites/sed varias machinas ac tormenta comparavit: quę illum
continuo bello expugnant. Videtis quale quantumq; sit/ non agmen/sed exerci
tus in nos undiq; inuentū vitiorū: quibus inualecunt animorū morbi contra ra
tionem ad prelium descendentes: quanta contra virtutem insurgat acies improbi
tatis: quantum sapientia a stulticia oppugnetur magnō insanorum fulta comitatu
Horū omnīū rationis ac virtutis hostiū: si vires considerabis: difficilimā profectio
iudicabis esse vnicam rationem/tot oppugnantū certamine depressam/vim su
am posse in tam dura atq; aduersa acie exercere. Bellantur enim atq; acriter ratio
nem persequuntur auaricia/prodigalita: luxuria: metus: temeritas: libido: emula
tio: superbia: ambitio: & sex centę perturbationes animi aduersę /valide atq; in
stabile rationi: quarū vim pauci sunt adhuc reperti/qui ratione superarent. Ma
ximam vero mortaliū partem seducunt & rapiunt in arbitrium suum. Quorum
enim quęq; etiam in ciuitatibus bene institutis reperies vigam bonum/honestū
continentem: qui se vendicet a vitiorū contagione ne dicam miserrima seruitute.
Omnes declinauerunt inquit Propheta: siquid inutiles facti sunt: non est qui fa
ciat bonum: non est usq; ad vnum. Si nemo bonum facit: si atq; insipientis necesse
est. Nullum autem insipientia maius malum: nulla maior calamitas. Ergo conser
datur oportet: quoniā mali sunt omnes: & miseros quoq; esse. Nam uxorem/filios/
nepotes/reliquaq; quę enumerasti/hęc vitę miseriam voluisti propellere: vide
ne ea potius miseriarū irritamenta esse videantur: & quę iocunditate vitęq; futu
ra putas asserre: secum amplam materiem infelicitatis importent. Sunt em om
nia illa bona a fortuna mutuo concessa nobis: quę cum placuerit/repetendi sum
mum ius habet. Quo autem magis nos fortuna suis muneribus exornateo plus
est illius potestas mutabilitatq; extimescenda. O fortuna terentianus ille a doles
scens ait: q̄ nunq; perpetuo es bona. Tragediū quoq; Res humanas ordine mal
lo fortuna regit: pargitq; manu munera cęca peiora fouens. Quę paucis autem di
uitiū fortuna indulserit: q̄ fuerit inconstans / multorum quos delusit exempla ad
monent. Id sane cōstat: plus doloris amissa illius beneficia prebere: q̄ possessa vor
luptatis. Vxor vero & liberi/nepotes/coniuncti summe sunt iocunditatis: & vi
xerint diuitiū: & fuerint boni. Suspensus est & dubius animo tamen quilibet / &
cōtinuo patore incertus: metuens aut uxoris mortem: aut filij peccatū: aut mor
bum filij: ut Terentius ait. Vides preterea multorum orbitatem: quos fortuna ad
opes extulit ac dignitate. Vides alterum propter bonorum liberorū interitum
dolere: alterum ob malorum vitam. Vides multis fatius fuisse futurum: nec habu
isse plēnullam: nec uxorem unq; duxisse. Scis plurimos ob diuitias perisse: plu
res honorū cupiditate suis turbibus exactos. His bonis omnibus: si bona habenda
sunt: quę antea recessuilli: et sura mala pmixta nouimus: et anexas calaitates. Opus
lentiam/paup̄tas: qui maximus habet cruciatus: sequit et inopia opes: ac diuitia
egestas & solitudo: valitudine exoptant morbi: dignitati atq; honori proximitas

Fortuna in vita
in diuitiis in fortuna
in diuitiis in fortuna
in diuitiis in fortuna
in diuitiis in fortuna
in diuitiis in fortuna

est contemptus: proli liberorū orbitas succedit. Imperium aliquando seruitio mutatur. Mito quod ea quibus felicitatem comparari putas: instrumenta vitiorū / cupiditatum incitamenta / voluptatum illecebre / acerrimi libidinis stimuli esse cōsueverunt. Etenim in peccandi licentia difficillimū est honestum seruire. Diuites inquit Tragedias: regnōs: sultū plūsq; fastas est petunt: quod non potest / vult posse qui nisi mitum potest. Quibus ex rebus mihi persuasum adeo cōmunem hanc miseriarū esse laudem: ut neminē ab ea excipiendū putem. Tum cum videret dicendū finem esse facturū: Adde hīs Mattheus: si libet inquit: ut nostro Marte / sit aiunt aliquid cōsiciamus: natura ipsa comprobare videt sententiā tuam: quæ primū infantis in lucem editū opus statuit esse flentem: a chrymas: lamentationes tanq; natura preuidente palam expositam esse in vultum atq; imensum miseriarū pelagus: quibus in primo tam ortu que sit esse deprensam: & hoc vitæ primordio. lamentatur: hæc esse restū futuri temporis sūdamera. Videtur qui natus: cum nihil aut boni / aut mali non: natura impellente / futuras presagire calamitates: naturaliq; instinctu presentie vitæ mortalis in cōmoda: morbos: paupertatem: exilia: charissimorum nobis obitum: animi corporisq; vitia: & reliqua detrimēta fragilitatis humane. In certum quoq; vitæ nostræ cursum / fieri fortunæ arbitrio incertiorē: ut nulla alicuius certi temporis ratio sit futura. Vereor ne si anteq; nasceremur / exposita nobis esset huius nostræ vitæ conditio: ingredi recusarem tam paruo nauis grotam vultum maris: tam tempestuosum: eosq; scopulos euitarem: a quibus prospiceremus certissimū nobis naufragium imminere. Considerate oro: q; optā dāq; iocūda hanc vitam introeuntibus exposita esse Vergilius describat: & eos si potes miseros esse nega. Vestibulū ante ipsum / inquit / primisq; in faucibus oris / lectus: & vltices posuere cubilia curę: Pallentesq; habitant morbi: tristesq; senectus: Et metus: ac mæliosa da fames: & turpis egestas: Terribiles visu forma: lætūm q; laborq;. Tum consanguineus læti sopor: & mala mentis Gaudia: morsiferumq; aduerso in limine bellum: Ferreiq; Eumenidū thalami: & discordia demens. An vero cēses / cum hic optimus comitatus ad vitam ingressis sit tributus: nos viribus nostris tantam miseriarum aciem effugere posse: Magna mole / magnis hostium copijs / magna molestiarum cohorte premimur Cosme: ut nequeā inspicere quis aditus / aut que facultas detur nobis ad effugiendas que ab ipso oritur nascuntur nobiscum difficultates. Quæ cum ab eo dicta essent Consideramus ait Cosmus: que a nobis dicta sunt paulo diligentius: & vestram sententiā uberioris sermone discutiamus: quæ an probanda sit: viderint hi qui in maiori quadā doctrinæ facultate versantur. loquar tamen: que ex tempore in mentem veniunt: ceteri suam opinionem seruiabunt. Ego quæ fitear fortunam: hoc est Dei indulgentiam in me satis propensam fuisse: animiq; dotes a te explicatas sciam in me esse mediocres: tamen multos fuisse memorię proditum est in hac una urbe / & nostra & maiorum nostrorū ætatē: qui ad extremū usq; vitæ finem summa cum felicitate conseruerunt: ut omnī iudicio viderent: ab hac: ut ais: cōmuni miseria segregandi. Patrem inquit tuum Mattheus / optimū virum atq; insignem pietate / sermouendam cognouimus ab hac turba: præter eum neminem: cui non multa defuerint ad felicitatem. At parens tuus perhumanus fuit: ac liberalis: summa præditus beneficentia: quo nil abfuisse videtur ex his quibus humana felicitas cōparatur. Etenim & animi & corporis & fortunæ bonis accumulatissime præstitit suę ætatis viris. Mittamus Cosmus ait de nobis loqui ne nosmetipsos / quod inuidiosum fortasse esset: cōmendare videamur. Id vere possūm dicere: plures ex hac urbe simili cum felicitate ab hac discessisse vita: quos ad effugiendam vulgi varia sententiarū opinionem prætermitto: rectius in prisca & antiquis viris recensendis collocabit oratio nostra: qui tum doctrina / tum rerum gestarū gloria claruerunt.

Mattheus.

Infantis miseria.

Vergilius
AE nei. 6.

Cosmus.

Mattheus.

Cosmus.

Nam vt Barbaros preteream; qui se tyrannorum q̄; regum similiores esse maluerunt: stultum videtur viros grecie sapientissimos Licurgū/Solonem/Aristidem/Lisandru/Socratem quoq; ac Platonem/ceterosq; egregios philosophos: qui rebus fortūe donis se philosophādi studio dederūt: Alexandrū insuper/Milciade/Agessilaum/Themistodem/Epaminundā: reliquosq; summos grade Imperatores: qui foelicissimi putantur: existimare miseros fuisse. E nostris vero Bruti/Fabiacium/Publicolā coruncanū/Camillū/Catones/Lelios/Scipiones/Rutiliū/Ciceronem/innumerabiles q; alios ab omni miseriarū labe intactos prestitit egregia virtutū virtus. Iusti em sapiētesq; sunt habiti: & cum virtute que procul omnia a miseriam repellit vixisse. Non igitur omnibus hoibus hæc tura imperat misera contentio vitæ: sed stultos tū atq; ignauū & imperitū complēdit vulgus: quod natura ratione/ nulla prudentia/ nulla virtute fultū more pēdum solo mouetur sentiri appetitq; voluntario quodā atq; repentino. Hi fortūe manus porrigentes: eiq; partem huius seculi miserijs se obiectant. Aristotelis sententiā nostri: dominari fortunam in populis: ibiq; eam plurimū posse/ ubi minimū insit sapientiæ. Ab ea quidem omnis nostra manat infelicitatis occasio. Nam qui se illius nutui gubernādi tradunt: qui se illi permittūt: qui illius muneribus inhiant: inq; ea spem rerum suarum ponunt: non infelices esse nō possunt: qui vero suorū operū ducem ac moderatricem rationē & virtutem habent: eiq; preceptis obtemperant: sunt ab omni fortunæ temeritate & miseria tuti. Quatiunt ad fortunæ vortū non unq; sed ad agitari robustius insistant contra eam: virtutis presidio muniti: euaadūt: in omni adverso certamine superiores. Hic ego nō de vniū: nōq; aut alterius Cosme/ sed de cōmuni conditiōis humane miseria sum locutus. Scio quosdā excipi posse ab hac miseriarum sorte/ quos Dei pietas reliquis insigniores vtute fecit: sed sunt nigriis digni & coruis albis: vt dicitur: rariore. Omnia præclara rara efficit natura: per paucos parentiū ditiōis ratiōis: pauciores virtutis p̄scripto regunt. Vix unicum quem merito probes singulis etatibus reperies. Quidā sunt iniquies: at pauci: quos equus amavit Iupiter: aut ardens euexit ad ethera virtus. At vero que portio est hæc in vniuersos? Nō ego de unica tanq; fenice verba facio: aut stoicorū sapiente: qui nullus reperitus est: sed de gente hominū. quos clare videmus/ tum regiā fortunā: tum vltro aduocare causas miseriarū: quibus illi prebeat locum ad se lacerandū. Inbecilles sumus natura omnes: neq; ulla sapientia oblitimur fortunæ temeritatē: que cum in stram nos ditionem arbitriūq; redegit: infinitis pene miserijs sursum deorsum pro arbitrio versat. In omni re profectio fortunā dominari Salustius scribit: & eam pro libidine magis q̄; ratione omnia regere atq; miscere. Sed Cicero quoq; in suis epistolis: plus in rebus humanis fortunā posse ait/ q̄; rationē: & omne cordis in fortuna positū esse videri. Theophrasti quoq; sententiā legitis: Vitam nostrā a fortuna regi/ non a sapientiā. Que si vera sunt/ miseros nos esse necesse est: qui tam fallacis domini/ tam proditoris/ tam iniqui/ seruitio p̄mamur. Nam q̄; Licurgum/ Solonem/ Socratem/ Fabritiū/ Catones: ac reliquos/ quos enumerasti extra miseriam fuisse credis: Id tibi si aliqua ex parte concesserim animū scilicet virtute preeditum/ nulli miseriæ subesse: & tanq; sui iuris/ fortunam omnium aspernari: tamen externa bona que sunt ditionis existunt/ multis in cōmodis/ doloribus/ morbis/ calamitatibus: que summā miseriā contrahunt/ labefactare potest. Nam quem in dandis muneribus suis/ leticia ac voluptate perdidit: eundē in auferendis dolore & miseriā torquet. Non em nobis sapiens stoicus queritur: qui in tauro Phalanidis futurus sit beatus: sed de cōmuni hominū natura: deq; publica totius humani generis miseria disputamus: quā negare non potes/ maiori ex parte etiā cōplecti illos quos nominasti. Aut em præstantissimi viri suis pulsī ciuitatibus: eiecti patriæ vatic necati miseria huius vitæ non caruerūt: aut miseriē ciuitates censende sunt.

Aristoteles

Poggius.

Vergilius.

Salustius.
Cicero.

Theophrastus.

que erga ciue de se bene meritos ingratiſſimas ſe pbuerunt. Lacedæmonij / quorū
de virtute multa dicunt. Licurgum virum ſanctiſſimū / prudentiſſimū ciuem / ſe
nem optimū: a quo leges acceperunt eas; quibus ſeptingentiſ ferme paruerunt annis
expulerunt ea urbe quā inſtitutiſ optimiſ cōſeruaui. Quo ſolo facto Lacedæmo
niiſ populūſ arguiſ fuiſſe miſerrimūſ. Pari in cauſa vident Athenienſiſ miſeri
miſ iudicandi; qui Solonem unum e ſeptem ſapientibuſ: qui urbem optimiſ legiſ
buſ munierat / exilio mulctarunt. Credo ut ei gratiam pro tanto legiſ premio exi
li calamitate referrent. Socrateſ virūſ ſapientiſſimūſ Apolliniſ oraçulo iudicatum /
iniquiſſimo iudicio oppreſſere. Ariſtidem / qui ſoluſ in tanta ciuitate iuſtiſ cogno
men eſt aſſecutus; quia nimium iuſtuſ videbatur / in exiliūſ eiecerunt; ut magiſ
ob id iniquiſ faciūſ Athenienſiſ populūſ q̄ Ariſtides exuſaſſe videbaſ. Nunquid
nam tam peruerſo iudicio / ciuitaſ tam ingrata non eſt cenſenda miſerimiſ: quæ
optimiſ ciueſ / ſapientiſſimōſ viroſ / ſummoſ Imperatoreſ vinculiſ / carere / exi
lio / morte violenta vitam finire coegit. Milciadeſ Athenienſiſ dux ſapientiſſimūſ:
poſt illam marathoniāſ pugnam / in qua centum milia hoſtiūſ cum decem miſ
libuſ ſuperauit / populi iuſtuſ in vinculiſ eſt defunctuſ. Cymoneſ eiūſ filiūſ propt
belli gloriāſ inuidia pulſuſ / extra patriāſ obiit diem ſuūſ. Phocionem clemē
tia / liberalitate / virtute preſtantem / inique ab Athenienſibuſ peremptūſ / extra pa
triæſ fineſ ſepeliſ / ciuitaſ illa coegit: exempla per multa prebent: quo maxime pre
mio de ſe merenteſ ciueſ ſolereſ aſſicere. Similem vitæſ exitūſ Demetreuſ phale
reuſ ſortituſ eſt: vitioſ ingratiſſimæſ ciuitatiſ. Quid loquar de Themiftode: cuiuſ
naualiſ prelioſ virtutiſ / claſſem Xerxiſ / regis potentiſſimiſ proſtrigauiſ. Ex quo ſaluſ
patriæſ parta eſt. Nōne eorūſdem quos ſaluarat ſententiāſ in exilio eſt defunctuſ?
Idem exituſ Alcibiadiſ ſummiſ duciſ fuit: quem ingrata patriāſ compulſit in exilio
mori. Horum preclariſſimorūſ virorūſ caſuſ / ut videor teſtantur: aut miſeroſ illoſ
fuiſſe / qui tam crudelia fata ſortiti ſunt: aut miſeraſ ciuitateſ: quæ ſuoſ liberatoreſ
ac deſenſoreſ tam ingrata beneficiaſ memoriaſ carcerarunt / expulerunt / occide
runt. Nam q̄ Alexandrum inter eoſ nominaſti: qui ab hac cōditione miſerięſ poſ
ſet excipiſſe mihi miſerrimūſ omniūſ qui unq̄ fuerunt eſſe videtur: ſiquidem cru
deliſ: ebriouſ: ſuperbuſ: ſupra conditionem humanāſ elatuſ: ira feruēſ: orbis pre
do detentiſ: amicorūſ peſtiſ neſpharia fuit. Quæſ igitur cum tot vitijſ felicitatiſ ſo
cietateſ eſſe poteſt: Profecto nulla: niſi vitia virtutiſ iuſ eſſe velimūſ. Omniſo Car
thaginenſeſ: qui ſuoſ imperatoreſ bellica virtute preclaroſ aut expulerunt urbe
aut in crucem ſuſtulerunt: quos credere vacaſſe miſeriaſ minime prudentiſ hoīſ
eſſe videtur. Sed ne Romani quidem / quorum virtutem tantopere ſcriptoreſ ex
tollunt / extra miſeriam hanc fuiſſe concedam: tantum erga ſuoſ auctoreſ / deſen
ſoreſ / propugnatoſ / ingratuſ: tam inter ſe turbulenti: tam ſuiſ peſtiferiſ ciuibuſ:
tam iniquiſ virtutiſ extimatoruſ. Marcum coriolanum: Camillum: tot Scipioneſ
patriæſ liberatoreſ: aut iniquæſ plebiſ ſententiāſ ex urbe pulſoſ legimus: aut in car
cerem ducti iuſtoſ: aut violenta peremptoſ morte. P. Rutiliuſ vir optimuſ ac ſanctiſ
ſimūſ / iniquiſſimo plebiſ cōto exulauit: qui poſtmodum reuocante Silla / redire in
patriāſ noluit: dicens ſe nō poſſe eguo animo in eam urbem reuertī / in qua pluſ
arma q̄ leges valerent. Poſterioreſ Catonem ſtoicęſ virtutiſ virum: tum repulſe
ignominia Ro. ppulſuſ / tū multuſ contumelijs notauiſ. Inueniſ certe ſunt: qui Catoſ
niſ faciēſ ſputuſ / caput ſimo macularent: tanta populi Ro. cura virtutiſ fuit: quæ
multiſ ego de cauſiſ dicam fuiſſe miſerrimūſ. Nam quæſ felicitateſ in ea vigit ut
he: que tum erga bene de ſe meritoſ ciueſ tam crudeliſ extitit. tum ſemper in teſti
niſ diſſenſionibuſ externiſq̄ belliſ ac cladiſ quallaſ / ſuorūſ aliorūſq̄ conti
nua cedeſ / rapiniſ / ſpolijſ / incendijs crallaſ eſt: Ea tum ſemper miſerāſ vitæſ ratio
nem experta eſt: tum vero maxime / cum ciuilibuſ belliſ dictatorum / conſulium /

Licurgus

Solon

Socrates.
Aristides.

Miltiades.

Cymon.
Phocion.demetrius
Themistoc
des

Alcibiades

Alexandri
vita.

Coriolanus

Scipiones
Camilius
Rutilius

Cato.

trium virorum sequita immanitate & laceratur: cum ciuibus exhausta clarissimis
 tot excellentium virorum proscissione cedet: defessa/tandem predata libertate
 ad uniusq; imperium redacta: non imperatorum / sed prodigorum detestanda cru-
 delitatem passa cogit. Quid illi civitati miserius accideret potuit: q; M. Ciceron-
 nis cum dextra manu caput (unius ebrj edicto) conto affixum conspiceret: his
 rostris / in quibus vir optimus patrie q; amantissimus Rom. po. salutem defendit
 sepius contra impetus civium predictorum. Quid infelicis illi fuit urbi: q; Octa-
 vij Cinne/Carbonis/Marij Sille q; trium portentorum non crudelitatem / sed in-
 fam rabiem civium sanguine redundantem / fuisse multo tempore in sua peri-
 nicem perpeffam. Dicant ceteri atq; opinentur ut volunt Cesarem Augustum
 in quem plura q; in alium quempiam dona fortuna congestit: nunq; concedam
 fuisse foelicem. Ego hominum/civium/patrie/reip. Ciceronis proditorem: qui arma
 pro salute publica accepta in nefariam illius servitutem conuertit: qui libertatem
 patrie abstulit: qui Ciceronem virum sanctissimū de se optime meritum parente
 patrie regnandi gratia Antonio trucidandum concessit: qui sequitia plus q; tyran-
 nica usus: ac occidendis trucidandisq; ciuibus defessus: satietate modum proscis-
 ptionibus fecit: miserimum fuisse contendam. Misos facio relictos: qui libertatem
 qui q; foelices extiterint & vite turpitudine & infelix misereq; vite exitus declarat.
 Hoc sane asseram & illam urbem nunq; effugisse eam quam dico comunis mis-
 rie calamitatem: & unicum tm tot seculis in ea. Q. scilicet Metellum habitum es-
 se foelicem. Verum si tanti virtutem facimus: ut ea sola nos eximere ab omni mis-
 eriarum servitute possit: & virtute quoq; vacuos / hoc est malos & vitiosos mis-
 eros esse necesse est. Non enim parva videtur miseria: carere virtute & flagitio et tur-
 pitudini deditum esse. Misera est igitur omnis peccantium vita: nullusq; morbus
 est animorum egrotudine perniciosior. At vero omnes ferme malum hoc quod est
 perniciosissimū vexat. Miseros ergo improbos esse omnes necesse est. Et quidem
 q; late pateat negtia nostri: q; sint in promptu vitia: & q; undiq; in nos incursum:
 quibus quanta difficultate obstitamus: testis est vita nostra tum sceleribus / tum
 flagitijs plena. Nemo vitijs sine nascitur inquit Horacius: optimus ille est qui mis-
 eris urgetur. Itaq; fatendum videtur. cum omnes in vitio sint / eos & miseros es-
 se. At vero vitam nostram uniuersam distrahi vitijs agitariq; palam conspicitur.
 Ardet alius avaricia: alius luxurie addictus est: hic seruit ambicio: alii superbia
 dominatur. Hunc torquet cupiditas dominandi: alius odio atq; inuidia laborat.
 Quosdam alienis imminere opibus: nonnullos questui & cumulandis divitijs in-
 seruire videmus. Sunt quos paupertas ad mala impellat facinora. Sunt qui va-
 rijs voluptatum illecebris capti a recta via detorqueant. Sunt instar quida Tan-
 tali: qui in affluentia rerum copia neq; famem/neq; sitim propulsent. Videre licet
 quosdam ad illa ad piscenda superfluis incumbere laboribus: que parva postmo-
 dum maiori molestia afficiant possessores: ut fatius fuerit futurum / sua illos spe
 frustratos fuisse: q; qd cupierint adeptos. Omni studio querunt illa potissime: que
 cum difficultate posita difficilius teneantur. Quid est enim stabile / tam firmum /
 tam solidum in his quorum nobis usum fortuna concessit: quod non eius vis ac
 libido dissipet atq; euegtat: Omnia hac illius arbitrio reguntur: nulliq; se tantum
 largituram pollicetur / quin tantundem se minetur cum liberit ablaturam. Qua-
 re non tam letandum est his: que mutuo dedit utenda nobis: q; semper metuendū
 dum / ne cū voluerit cogaris amittere. Labuntur humana semper ac fluunt: nisi
 in eodem statu permanfura. Ea conditione natura constituit singula: ut in occas-
 sum atq; interitum vergant. Illorum qui vulgo foelices putantur / si cogitationes
 & curas inspexeris interiores: inuenies profecto inanem hanc extemorum spes-
 ciem bonorum & umbrilem pompam multis ac varijs anxietatibus circum-

Augustus
 Cesar.

Metellus
 foelix.

Horacius.

Vitiosq; ge-
 neralitas.

tam. Rectissime scripsit Horatius. Non em gage/ neq; consularis Submouet licitor
 miseris tumultus Mentis: & curas laqueata circū Tecta volantes. Hi sunt poteri
 tiorum hospites: quorum in atrijs & cubiculis sedem sibi elegerunt. At ubi illi ad
 sunt raro quies animi/ aut curarum portus: aut ulla foelicitas habitare consuevit:
 plus deonis habere videntur q̄ voluptatis: quippe que tanq̄ ad theatri/ aut porz
 ticus ornamenta sunt mutuo ad ludos celebrandos comodata: que reddere sit ne
 cesse ad alterius voluntatem. At quo plura ex huiusmodi rebus possides: quoniam
 am fortunę satellites videtur: eo maiori ne reperantur torqueris cura. Ipsimet qui
 fortunę bonis fruuntur/ sepius verbis exprimunt: q̄ anxius sit eorum animus: q̄
 suspensus: q̄ pauidus ad incertos atq; improuisos casus. Nam quam foelicitatem
 p̄stare possent hac fucata fortunę munera: Durissima quidē res est egestas quam
 renum copia precessit. Nam q̄ illos extra miseriam putas/ qui donis fortunę floz
 rent: vide ne secus res sese habeant. Foelices extimantur qui opibus excellunt: qui
 exuberant copijs: qui facultates amplas sunt affecuti: qui imperia ascendunt: qui
 bus uxor & optata proles data est. Hęc profecto summe sunt voluptati dum ad
 sunt: sed incerta sunt temporis dona: & auxilia eorum tutela videtur. Nullus prez
 terea adeo diues fuit unq; / qui suis modum statuerit cupiditatibus: qui non conz
 cupient que seritq; maiora. Crescit amor nummi quantū ipa pecunia crescit: earū
 sollicitudo in quietem reddit vitam & turbulentam. Paret enim animus futurū
 sollicitus: cum semper inter spem metumq; versetur: & ad omnem auram expa
 uescat. Vbi vero hi qui appellantur foelices/ eo ceteris miseriore videntur/ quo
 maior peccandi libertas est illis concessa. Nouimus ipam male agendi licentiam
 peccatis locum prebere. Vnde notum est prouerbium. Nos licentia fieri deterioz
 res: probatissimamq; esse illam sententiam. Vile esse ut nequid nimis. Quis enim
 in diuitijs/ opibus/ rerum opulenta/ in ampla fortuna a turpitudine/ a scelere/ fla
 gitio abstinet: Quis horum in suis dictis factisq; rationem habet officij: Quis vir
 tutē sequit: Quis illius parestitutis: Magna profecto probitatis solitudo apud
 eos esse consuevit: maxima vitiorum frequentia. Vt vero reges/ principes & po
 tentes viros missos faciam: quibus libi so est pro virtute: quorūq; de infœlicitate
 in quodam meo libello disserui. Vt omittam militiam sequentes: quorū vita omi
 bus iniquata flagitijs: nil miserius: nil infœlicius esse potest. Vt opifices quoq; oēs
 quibus fraus magis q̄ opera opitulatur. Vt illos insuper/ qui doctrinam suam in
 questum traducunt: qui lucri causa ius in iniuriam vertunt: ut inq; huiusmodi ho
 mines preteream: quorum exercitio vitę miseria annexa est. Quid vulgus homi
 num solidum/ atq; ignauum/ rationis expers: quod beluarū more videtur ad pa
 stum procreatum esse: nonne fateberis in eo stulticiam/ infœlicitatem/ miseriam
 sibi domicilium elegisse. Ad nequitiam sane prona est eorū vita omni virtute post
 habita. Quare necesse est: cum virtus sub vulgi consortio proscrip̄ta videatur/ mi
 serā esse hanc eius vitę conditionem: ut si recte quorūvis mortalium deprauatam
 naturam & mores peruestiges: nullus ab hac vitę miseria liber esse censeat queat.
 Hęc paulum subridens Cosmus: cautus inquit sis Poggini: hi nostri qui religioni
 dicuntur dediti: & hi presertim qui publice paupertatem ostentant: quicq; se noz
 mam euangelicā sequi dicunt: te in iudicium vocent: asserentes nō rectam aut ve
 ram esse tuam sententiā: cum eam vitam viuant/ cui nulla in re fortuna dominet.
 Abiectis enim illius bonis: neq; de crastino vt aiunt solliciti/ libere/ quiete/ beate/
 vitam degunt: procul ab omni miseria remoti. Multos afferent sanctos ac beatos
 viros ex eorum ordine profectos: in quibus nephas sit putare aliquē aditum uls
 li miserie datum. Nam qui preceptis dei inherentes spiritu sancto aguntur/ in bea
 torum numero & viuū & mortuū sunt habendi. Magna est (vt nosti) religionū
 g 3

Itutenalis,

Cosmus.
Cōtra mo
nachos.

varietas: magna in illis hominū multitudo: ex quibus reperies plurimos & nostra
 & superiorum memoria / quibus dei benignitas eternam gloriam est elargita: ab
 his certe abfuit omnis infelicitas. Nam si ea fortunę arbitrio a nobis sua repetens
 tis / omniaq; versantis oritur: hi profecto qui ab se furcata illius muna abdicarunt:
 in tuto versati: cum in castris virtutis sua presidia collocassent / glorię celestis sunt
 participes facti: qui pedum miseri non fuerunt: sed multos ab hac humanę vitę mis-
 seria verbo & exemplo liberos reddiderunt. Itaq; palam constat hanc tuam natu-
 re miseriam non esse omnibus cōmunem: cum eius rei quę sit naturalis oporteat
 omnes participes esse. Tum ego nolo in quā Cosme / in eorum descendere certas
 men / quos dixisti dedicatos religioni. Nam & eorum natiō maxima est: & ad hęc
 fendū parata: contra me presertim: quos se illi putant in quōdam meo libello con-
 tra hypocritas editum lesos: sed hanc provinciam Mattheo relinquam: cuius sum-
 ma auctoritas est & prudentia: & quid de ipsorum infelicitate opinetur liberam
 sententiam feret. Video Mattheus inquit: & hanc aciem nimis validam a te sub-
 terfugi: & tibi cum multis ex eis iocundiam consuetudinem esse. scio te vereri: ut
 quis eorū de quibus recte sentis / se existimet a te offensum: sed vera loqui unicuique
 licet. Quamvis terentianus ille dicat: obsequium amico veritas odium parit. Pro-
 feram igitur postq; hoc onus in me rejicitis: quid mihi de eorū religioſi felicitate
 te videatur: qua in re certus sum: doctos / sapientes / probos / aut aliqua predictos
 virtute mecum esse sensuros: reliquam veluti rusticam atq; ineptam contemo.
 Horum tamen maxima pars absq; ulla difficultate fateretur suam vitam multis
 ascriptam miseris: ut quibus alieno & appetitū & arbitrio / quę rari equo animo
 sustinent / sit viuendū. Verum non ego tibi ut antea testatus est Poggius / de uno
 aut altero cultui religionis dedito loquar: sed de cōmuni omnium / quę quidem duri-
 or mihi videtur conditione. Scis aquam natura frigidam esse: & tamen calide
 quędam reperiuntur. Sunt etiam absq; ullo sapore: maris tamen falsa est: quędam
 vero amare / aut dulces: prout regio per quam labuntur. Qualis natura sit forma
 hominis / nullis sane mentis ignotum est. Nascuntur aliqui tamē aut bicipites: aut
 manciaut duplicatis mēbris: aut corpore debilitati: aut demptis digitis: aut multi-
 plicatis. Neq; vero ista veluti monstra naturam immutant omnibus cōmunem. Ita
 dem omnis nostra natura infirma est: debilis: languida: varijs morbis / tum animi /
 tum corporis corrupta: sensibus subdita: quibus cum Apostolus Paulus sibi bel-
 lum continuū esse scribit: & legem quandam legi mentis repugnantē: ut non quę
 velit faciat / sed quod nolit. Si ergo vas electionis: quem Deus segregavit in evan-
 gelium suum / quo cum loquebatur Christus: a deo nature legem / hoc est sensus
 nostros / & varios animi morbos sibi querebatur infestos: ut quod nollet / fa cere
 cogeret: quid de hac humanę fragilitatis massa legi subdita peccati dicemus? No-
 ne fatendum est ab ipso ortu nostro humanam naturam / infelicitatem & miseri-
 am contraxisse. Quam si evitare ita difficile Apostolo videbatur: ut diceret. Quis
 me liberabit a misera corporis servitute: quid ceteris accidet: qui carnis mole ops-
 pressi / qui animi perturbationibus cedentes / sceleribus oppleti / rationis insēji / absq;
 virtute vitam ducunt hestiarum ritu? Certe iudicandum est eos esse miserimos.
 Fateor plures fuisse & esse / quos sibi elegit Deus in hac vita & in futura beatos:
 verum non mutant isti naturam humanam: aut fragilitatis nostre conditionem:
 sed omnes superant non suis viribus / sed altissimi gratia: quas Apostolus quere-
 batur difficultates. Parvula est ista foelicitum portio: si uniuersum hominū respici-
 as genus. Vna hyrundine ut ait Aristoteles / nequaquā designatur ætas. Quæ ad
 modum astrologi terram hanc omnes instar puncti ad uniuersum celi ambitum
 esse volunt: ita illi quos beatos fatemur minus q; instar puncti reperit ad multa

Poggius,

Mattheus.

Terentius.

Paulus.

Aristoteles

titudinem ceterorum. Nam q̄ religioni dicatos attulisti: qui se asserant ab omni
 miseria remotos; ob hoc ip̄m miseros duco: q̄ non sentiant miseriam suam. Perni-
 ciosus enim censetur morbus: qui stupida & non sententia mēbra reddit. Do tibi
 multos ex eis esse/quos propter vitę sanctitatem/propter ingenium & doctrinā
 nunq̄ miseros appellarem. Religiosos quoq̄ necessarios puto ad tuendam & cō-
 seruandam fidem: cum plurimum proficiant in populis ad vitia coercenda: ac ver-
 bo & exemplo sint veluti fidei nostrę propugnaculum. Sed in tanto diuersarum
 gentium conuentu/ita tam varia immensaq̄ hominū turba / si bonos a malis se-
 greges: si doctos ab indoctis: si a sapientibus stultos: si a sollertibus ignauios: hinc
 reperientur quos probare queas: illinc quos quidem improbos ingens hominū
 vulgus occurrit: ignobile & ac superstitiosum: quos si vacare vitę miseria opineris:
 vide ne longe decipiaris. Horum secula pars ab reliquorum consuetudine fugit
 consulto multitudine que in opiam contemnit: frigus fugit: calores euitat: sitim
 ac famem & reliqua vitę incōmoda dedinat ob amorem Christi: qui foelices / an
 miseri sint viderint ipsi: qui nudi/nullis contenti vestibus: nulla simulatione fucas
 tū redditi sunt in alio orbe suorum operum rationem. Videmus tamen nonnul-
 los ex eis ad Romanam curiam accedentes optimis equis vehi. larga manu sum-
 ptus facere: polliceri ac largiri multa: ut possessiones / quibus vitam ducant copio-
 sorem procul ab omni molestia longinquam quacūq̄ ratione augeant. Est aliud
 genus eorum qui se appellant mendicantes: q̄q̄ videantur potius alios mendis
 eos reddere ex ceterorum sudore viuentes: ipsi omis laboris expertes. Ex his sibi
 nomen quidam obseruantie indiderunt: quibus om̄ibus quę foelicitas tribui pos-
 sit ignoro. Hoc unum scio: maximam partem horum qui se Minores appellant
 & sibi hoc nomen obseruantie precipue usurpant: ex agrestibus opificibus / mē-
 cennans desideriosis esse consecram: quibus non sumende religionis aut vitę san-
 ctitatis / sed laboris declinandi precipua cura fuit plebs ampullosa: magis fastui
 & ostentationi / q̄ vere virtuti dedica: que se adeo sanctam putat: adeo immacu-
 latam: adeo vitę perfectę: ut nihil sibi abesse putet / quo minus beati esse videant.
 se quidem magni existimant: ceteros contemnūt: a deo superbia elati / adeo infla-
 ti fasti: ut etiam suo capiti iam multis cōstituto sæculis quandoq̄ aduersentur:
 cum illud suis meritis inferius videatur: neq̄ dignū cui debeant parere. Qua opi-
 nionis peruersitate omnem rerum publicarum statum conuelli atq̄ euerū neces-
 se esset. Siquidem nō semper ad bonos et optimos viros dignitates / magistratus /
 officia / imperia deferuntur. Opinantur illi vilem ac sordidam vestem / vile indus-
 mentum / pedes ligno soleatos / demissum ab humeris caput / contortum collum
 pallidulam faciem virtutis esse signa ac sanctitatis. At illa ut plurimū solent esse
 inanis glorię irritamenta. Faterer foelices esse illos: si tales essent quales volunt vis-
 deri: sed longe interior vita distat ab ostentatione. Seditiosi quidam seruētes am-
 bitioni: importuni. maledici etiam in suę professionis viros sepiissime deprehendū-
 tur. Ut nuper Perusij accidit in eorum generalis capituli celebratione. Huiusmodi
 diu homines foelices ne an miseros censeas ignoro. Ego autem arbitror omnes
 illos: quorum mores ab eorum institutis discrepant esse miserimos: neq̄ attinge-
 re illam partem foelicitatis: nisi quatenus fallendo & decipiendo populum se foel-
 lices putant. Ne autem videar cum hac multitudine ga gente inane bellum gerere: &
 ne eos prouocem ad maledicentiam linguę: sinamus illos in sua foelicitatis opinio-
 ne tabescere. Probo igitur Poggij sententiam: neq̄ eos quos opinaris excipio ab
 hac misera vitę huius conditione: prospicio enim nos illi subditos esse ea lege: que
 ab ip̄o orbis exordio singulis nascentibus est data. Orti sumus ut nos ad labo-
 res vitę varios: ad incōmoda: languores: pericula: morbos: egritudines: in qua ves-

Religiosorum miseria

Mendicantium miseria.

Terentius.

luti tempestuosi importuosiq; maris sint nobis diuersa rerum naufragia subiecta. Nulla presentis temporis quies/ nulla facultas ocij/ nullus a curis vacuus dies datur; nulla laborum intercapedo: ut plane sc'd'm Terentij sententiam affirmare liceat nos esse ad miseriam natos. Tuipne nosti Cosme / quem ceteri beati putant hoc aetatis longo circulo: que te cogitationes/ cure/ molestie/ perturbationes animi conculcent: que tibi detur ad quietem vacatio: quanto tempore tibi viuas. Nesciunt alij q; sit sollicita magne tutela foelicitatis: q; dubia/ q; anxiosa illius cōseruans de formido. Ignorat populus quantum in Re p. possit inuidia: quantum sit virtutis odium apud multos: quanta emulatio improborum. Externa plebs conspicit/ que magna ex parte sunt speciosa: clientelas/ vestes/ apparatus/ domesticos/ laurā suppellectilem/ argenteam mensam/ longum seruientioem/ agmen: ad que omnes ore patulo inhiant: tanq; in his sit foelicitas constituta: sed non videntur neq; conspicuntur interiores calamitates: occulti morbi: & vulnera secretiora: que animū miseram reddunt atq; infelicem. Romanus ille cuius cum repudiasset uxorem: multis id factum q; feminam pulchram / honestam/ probam / ut videbatur ab eo dismissam culpantibus accusarent: ostenso quem in pedibus gestabat calceo: petiit nunquid his aptus eis & pulcher videretur? Annuentibus illis: at solus inquit: nostri qua me pedis parte premat. Sic est profecto: non sunt omnibus eorum qui beati putantur nota cum animi/ tum molestiores cure/ tum mentis perturbate motus: qui corda illorum tanq; vultures Titij iecur exedunt in continuum cruciatu.

Aemilius.

Tum Cosmus: Scio inquit Matthee pluribus difficultatibus esse implicatam vitam nostram: ut que semper defatigetur certamine vitiorum. Scio difficillimū esse ratione superare fortuna: animiq; grauitate & sapientia repellere angores ac molestias iminentis. Sed noui etiam viros sapientes nunq; miseros esse: quippe cum virtus nulla societate coeat cum miseria: sed eam procul abijciat ac repellat. Multas affers huius vite molestias atq; impedimenta & cum vitij concertationes: a quibus continuo oppugnamur. Vexantur / ut ais / homines pluribus tum animi/ tum corporis egritudinibus: quibus maiori ex parte nostra imbecillitas cedit.

Cosmus.

Verum non natura/ sed vitio nostro & morum peruersitate omnis huiusmodi miseria est contracta: ut non mirum sit: quorundam male institutam naturam sic miserie causam extitisse. Quare paucorum culpa non videtur mihi ad comune genus hominum referenda. Hæc quom dicta essent: tum Mattheus. Probatur mihi sane inquit Poggij sententia: & tua oratio Cosme videtur satis facile refelli posse: factum enim est prius. non propterea tolli comunes erumnas: quoniam pauci ab hoc genere selegi possent/ apud quos nulla infœlicitas/ aut miseria refedit. Donis ingens certe id dei fuit: si qui hanc imbecillitatem humanā animi virtute vicerunt.

Mattheus.

Sed ut eloquar quod sentio: sedem ac fundamentum vite mortaliū existimo miserie esse: eamq; longius euagari: ac ra dices suas altius fixisse/ q; multi forsitan opinentur: de qua si libet addam pauca superioribus/ que in hanc sententiam quadra re posse videantur. Placet inquit Cosmus: & huius diei reliquum his sermonibus transigi malo/ q; verbis multorum qui mihi sunt sane sepius propter earum importunitatem molesti. Incipiamus a leuioribus Mattheus inquit: ut postmodū ea que maiora videntur aggrediamur. Primum vero ut tenuiora paucis agantur: conluderemus aetatis nostre/ in qua huius miserie maxima reperientur argumenta/ imbecillitatem ac varietatem. Infantia/ puericia/ pubertas/ adolescentia: nonne cum stulticia/ lasciuia/ impudentia/ incontinentia redundent/ sunt miseria plene? Quid harum aetatum vita differt a beluis? Nullo consilio/ nulla discretionē/ nulla prudē

miseria fundamentum vite nostre.**Cosmus.****Mattheus.****Infantia.****Puericia.**

tia utuntur: ducuntur illi a sensibus varijs subiecti passionibus: tãtũ a ratione deitij
 ut haud procul distent ab infãtia. Harum ætatum ineptias/ludos/ lasciuas/ iras/
 cundiam/mores/iocos/ varios appetitus/libidinem ipsemet paulũm etate firmas-
 ti admirantes damnant. Pudet eorum reminisci quæ superioribus annis ætas im-
 becilla permisit: eiusmodi ætates nature ipsius vitio mancas ac debiles/cum nullis
 us rei ului sint/in summa miseria versari existimamus. Recense ut que diximus
 notiora fiant/mores & vitam adolescentum: quorum ætas rationis ignara/ut plu-
 rimum vitijs demersa facit. Scis eos voluptatum/malarumq; cupiditatum secta-
 tores recta consilia & monitores aspernant: scis eos ad omne facinus & turpitudi-
 nem promptos: prodigos: sumptuosos: superbos: lasciuos: contumeliosos. Plurima
 sunt illius ætatis vitia: que in omne malum facinus erumpant.
 Virorum ætas diuersis studijs distracta/impellit animum ad pecuniam cumulan-
 dam: ad ambitionem: clientelas: honores: magistratus: imperia: glorię cupiditatem
 quas propter res mēte sunt semper varia/instabili/inquieta/anxia/nouas res ap-
 petentes: tum inuidia/tum emulatione vexantur: ut eorum vita nihil differre vi-
 deatur ab illius inquiete/qui apud inferos continua rote volutatione torquetur.
 Que senũ sit foelicitas iam ipse nosti: qui eius dāna experiris. Multa inquit Horati-
 us senem circumuenit in cōmoda: plurimeq; illam circumstant imbecillitates.
 queruli enim sunt: diffidiles: morosi: timidi: ut qui credant omnia sibi elementa defu-
 itura. Excusat Marcus Tullius senectutem: neq; eius incōmoda attribuit ætati/ sed
 hominum culpe: propter ante exactam vitam: tamen paucos in tot sæculis toles-
 tabiles assert senes: quos si reliqua celerent omnia/morbi tamen & corporis de-
 bilitas/ quibus illa ætas afficitur/ redderet miserimos. Recte Terentius noster
 scripsit: ipsam senectutem morbum esse. Decrepitos prætereo: quorum miseria
 uota est: ut reliquos postponam huius ætatis difficultates: vita certe illorum insis-
 titis pene confecta molestijs: tam suis odio est q̃ alienis: ut solum doloris & labo-
 ris participes esse videatur. Contemptui est præterea omnibus: propter multos il-
 lius ætatis defectus. Vis scire omnes vite gradus nobis tanq̃ miseris improba-
 ti: Puer infantum ineptias contemnit: adolescens aspernatur puerorum ludos.
 A viris adolescentum studia culpantur: quibus aucupandi/ venandiq; exercitiũ
 & effusi sumptus ac patrimoniortum calamitas habentur virtutis loco. Senes vis-
 rorum annos ut sollicitos/inquietos/ rebusq; superuacaneis deditos: ut viuendi
 incios redarguunt. Decrepitus obiturgat senem/ ipse eodem modo pressus: velut
 si præter modum curiosum & sollicitum futuri. Singuli anni superiores vitum
 decrepitum/ ut stolidum ac repuerescentem/ nulliq; rei utilem derident. Ita nulla
 vite pars: si cōmunem species nature conditionem/ cum quolibet merito repre-
 hendi possit/ miseria caret. Siquidem nosmetipsi omnes illius partes velut rerum
 ignaras atq; infœlices accusamus: tam contrarijs inter se studijs certantes. Ipse Ci-
 cero in Tusculanis suis disputatiõibus ait/ quom virtutem laudasset. Huic inquit
 incipio sententię diffidere: & humani generis imbecillitatem fragilitatemq; extis
 melere. Vereor enim ne cum natura corpora nobis infirma dedit: lethiq; & mor-
 bos insanabiles & dolores intolerabiles adiunxisset: animos quoq; dederit & cor-
 porum doloribus congruentes/ & separatim suis angoribus & molestijs implica-
 tos. Hæc Ciceronis verba nihil aliud pdicant nisi miserã vite cōmunem/ cui omnes
 quasi lege nature subiecti sumus. Sed quid in particulis vite huius enumerandis
 inuolutor. Omnis vita febilis atq; misera est: varijsq; calamitatibus confecta. Pau-
 per plurimo sudore/ summo studio/ magna cura/ opes ac fortunas querēs efficit
 diues: ascensũ sibi magna sollicitudine ad infelicitatē parās. Diues q; & opulētus

Adolescen-
tia.

Virilitas.

Senium
Horatius

Cicero.

Terentius,
Decrepita
ætas.

Cicero.

cum traserit/in paupertatem descendit:rem usum miseram ac pondere acerbum.
 Videmus potentes a rerum statu deijci: extolli infimos, Hic exul a patria bonis
 omnis orbem vagus atq; egens (quo nihil est miserius) pererrat. Alius in patria
 residens: aut fortunatis / aut vita priuatur. Sunt qui ex desperatione quadam vite
 melioris: aut laqueo/aut veneno/aut gladio sibi mortem consciscant. Alium sui
 tro spoliat/aut occidit: plurimi bello/peste/ naufragio/ flamma absumuntur. Hic
 uxorem concupitam/ liberos/ fratres/ coniunctos/ amicos amittit: hic oculorum
 lumine/ hic valitudine priuatur: quidam membro debilitantur corporis: quibus
 dam carcer attulit finem vite. Multi ad senectutem extremam usq; perducti/ etate
 tam longinquam quandoq; detestantur/ appetentes mortem. Quid morbos
 infinitos fere recenseam: quibus humanum genus subicitur: q; varij/ q; graues / q;
 crebri/ q; infesti nos inuadunt teipm testem cito: cui podagra fuit diutius molesta.
 Plures oculorum lippitudine/ multi stomachi/ laterumq; dolore afficiuntur: patitur
 eos usq; ad senium bona valitudo comitatur. Sexcenta sunt corporum nostrorum
 damna/ quibus ad miseriam perducimur. His a diuce animorum vitia: que plura
 sunt: & multo q; corporum perniciosiora. Vides hominum discidijs/ querelis/ con
 trouersijs mentes nostras ad mutua odia compelli. Vides quanta sit vindictę libi
 do: & ad que facinora mortales quondam excitant. Lege antiquas tragedias: Atr
 um: Thiestem: Medeam: fratras cedes: & bella ciuilia. Lege Ouidij sententiam
 non hospes ab hospite tutus: Non fover a genero: fratrum concordia rara est. Se
 mus filios parentum iussu/ parentes filiorum crudelitate / fratres insidijs fratrum
 regnandi gratia necatos. Legimus viros ab uxoribus interfectos: feminas virore
 precepto interemptas. Maternę crudelitatis in filios / & item filiorum sceleris in ma
 tres/ testes sunt multorum facinora nota vobis. Quapropter totius orbis una ef
 set tragedia conficienda/ ad exprimendam comunem hanc humani generis cala
 mitatem. Quid loquar de amore / re admodum mortalibus necessaria? Nonne
 multos aut omnino perdidit: aut varijs damnis atq; angoribus afflixit? Reper
 tum olim quibus amoris impatiencia attulerit causam mortis. Leandri ceterorūq;
 fabulas omittamus. Quidam nostrō seculo/ cum desiderium amate nequirit de
 uitius ferreante fores eius laqueo se suspendit. Multa cogit amor perpeti: cuius
 subditi arbitrio summa in miseria versantur. Inuidia vero & emulatio: q; multos
 & fortuna & vita euerterint satis constat: ingens malum & late in regum & prin
 cipum & tyrannorum presentim domicilijs diffusum: quos apud quid possit huor /
 quidue detraçtio/ quid emulatio/ quid calumnia inuidię ancille pestifere: illorum
 docet casus/ quos dominantium libido prostravit. Missos facio Barbarosa quibus
 innumera crudelitatis exempla reperiuntur. Apud nostros quoq; infinitas peri
 strages hominum excellentium inuidia edidit. Seianum legistis / orbis alterum fer
 principem/ Tiberij Claudij absentis amico edicto laceratum. Hadrianum impera
 torem ad cetera principem humanum ac sapientem / a deo fidem prebuisse detra
 çtoribus traduntur multos quos ad summum prouexerat / ad leuem calumnia
 torum auram de statu rerum incognita causa deiecerat. Valentis ac valentiniani
 immanitas fuit/ ut ad paruas suspiciones ab inuidis excitatas / stragem quandam
 virorum excellentium inuenerit. Quapropter non imperium eorum / sed crude
 lis ac nefaria carnificina potuit extimari. Non receseo que alter Tiberius: que Ne
 ro: que C. Caligula: que Vitellius: Domitianus: Antonius: reliquiq; crudelitate
 insignes: non imperatores / sed lacustę & hominum portenta aduersus innocentia /
 inuidię & delatorum culpa patrarint. Logam em oronem requireret. Hoc certe no
 tissimum: multos ob aliqua tyrannorum ac principum ab inuidis iniectam suspitione eci
 leo dissentos: varioq; tormentorum genere cruciatos/ doloris impatiencia morte vs

animi vitia

Ouidius.

amoris ma
lum,

Inuidia.

Seianus
HadrianusValentia
nus.

te protulisse. Nihil est homini periculosius: quod principis maliuolentia. Non enim desinit que cepit: sed mala facinora peioribus accumulata / ut recte videat egisse. Nam que odisse cepit / perire expedit: neque ullus uenit aut innocentie datur locus: ut miserima sit eorum uite conditio / quos maioru libidini obnoxios fortuna fecit. Prefantibus certe uirtute uiris / maxime timendi sunt reges / quibus (ut inquit Salustius) boni quod mali sunt suspectiores. Videtis igitur quanta mala secum portet inuidia: quod sit perniciosus: quod fallax: quod multos tradiderit neci. Efficiam profecto Tullius inquit: ut intelligas homini nihil tam timendum esse / quod inuidiam. Occul te enim fallit: ut repit in animos hominu beniuolentie significatione: sed dicit audis: entes in aliorum perniciem: cum maioru hominum pars aures patulas calumnia / roribus prebeat. Quid loquar de luxuria: quot homines pestundedit? Ea cum multiplex sit / multorum causam prebuit malorum: que enumerare difficile est: sed in usu sunt quotidiano ante oculos exposita. Hinc qui indulgent / cum procul absint a ratione / videntur esse miserimi. Perniciosius malum censetur auaricia: que quod multos occupet mortales / ipsi quotidie perspicimus. Hoc vere uideo: quod posse dicere nullu esse uitium execrabilius auaricia: nullum deterius: nullum generi hominum perniciosius: de quo quoniam est alio in loco a me disputatum diligenti generis: non ero longior in eius nequitia recensenda. Qui tamen eo morbo tenentur miseram & Deo odibilem uite conditionem ducunt. Transfert enim homines in portenta perniciosissima: cum nihil tam sit contra communem ad quam utendam nati sumus / utilitatem: nihil tam contra naturam: quod auaricia. Quid referam rem nefandam: qua mentes hominu maxime perturbantur iram: que nulli rationi parens: quo furor eius ducit profisciscitur. Si quis eius perniciem immanitatem: & ueluti subitam procellam ac perniciosam uelut inspicere legat Senecae libros quos de ira conscripsit: intelliget certe quantam perniciem generi mortalium id uitium: cui qui subditus est / nil a demeti distat / im portarit. Ob eam causam non solum singulos homines / sed urbes quoque & gentem uniuersam ire atrocitate reperias deletas. Hanc insanam mentis perturbationem / quis non recte dixerit / & execrandam et miseram esse? Non enim tunc quos occupauit reddit miseros: sed eos insuper quos aduersus permisit fura frenata licentia. Multi describuntur a Cicerone nostro animorum morbi ac perturbationes: que hanc nostram fragilem conditionem summa miseria circumuallata premit. Nemo est quin libidine / aut leticia / aut metu / aut egritudine: aut alio morbo animi aduerso rationi detineatur. At uero qui huiusmodi aliqua perturbatione affligitur: ut eas recipiat necesse est que sunt illi contigite atque annexe. Quod si ita esse quis potest hac nature conditione natus / ut alicui subijciatur perturbationi esse non miser. Videte quid Tullius in tertio Tusculanarum disputet libro. At enim. Ni si egritudine exuimus / sic ut abijciamus: miseria carere non possumus. Preterea si perturbationes animi: quas appellat morbos / in omnes / preterquam in sapientes ut ait cadunt: & in quos descendunt insanos reddunt: nullus autem eiusmodi sapiens adhuc est reperitus: relinquitur omnes qui non sint sapientes insanos ac miseros esse. Hi enim sani dicuntur / quorum mens nullo metu quasi morbo sit perturbata: sed hos nullos reperies: ergo miseri sunt omnes necesse est. Illa quoque eiusdem egregia est sententia: nisi sanatus animus sit: quod sine philosophia fieri non possit: nullum fore miseriarum finem. Sed nostra palam est imbecillitas: nullos a philosophia ut sanetur que rere: igitur miseri omnes sunt existimandi. Verum ita nostra hac miseria emine te uideat & ab omnibus conspici: ut nulla phia ad hoc probandum opus existat: quod uiciana uita absque ulla ratione nos admonet / mille uicendi discrimina / quibus subijci mur pre se ferre: qualis / quod infima / quod misera sit imbecillitas conditionis humane.

Salustius.

Cicero

Luxuria.

Auaricia.

Ira

Seneca.

Cicero

Gula

Palam est quot quot per illa que retulimus: quot gula & venter/quot aeris intertempores / quot morbi ad interitum rapiant: quot a bestiis / tum feris / tum cicuribus pericula nobis imminant: quot tendicula mortis nobis casus varij moliantur. Nos

Seneca.

Euripides.

stra omnia breuia sunt / incerta / & ca duca / nihil tam fallax est / q̄ humana vita nihil tam imbecille: nihil tam laboriosum: quam Seneca nemine accepturū putat: nisi conditionis illius incertus daretur. Vt & iuxta Euripidis illam sententiam. Optimū videatur esse hominū primū non nasci: proximum cito mori. eius veritas a Tullio describuntur. Nam nos decebat cētus celebrans domū lugere / ubi ceteri aliquid in lucē editus: humane vite varia reputantes mala. At qui labores morte sinissent gratis hunc om̄s amicos laude & leticia exequi. Ecce huius poetę sententia testis est: lugendam esse vitam: mortem vero exoptandam. Et quidem roste ut opinor sensit. Tot em̄ rerum casibus / tot fortunę telis / tot varietatibus temporū addicti sumus: vt durissima nobis videatur data conditio infirmitatis. Non enim solum presentibus affligimur malis: sed magis futurorū expectatione. Incerti quoq; temporis vite ratio q̄ plurimū exedit mentem nostram dubitant & incertam: quando / quomodo / qua lege sit ex hac vita migrandū. Lata quidem atq; profunda data est & multiplex ad interitum via: minus tū in lucem aditus. Res

Aque malum.

Poggius.

aque malū

centē oro diuersa maris terreq; pericula: ventorum: imbrium: tempestatum: ignis: fulminum discrimina: aquarū inundationes: quibus vita nostra ad incertū finem rapitur. nunc uno periculo / nūc altero ad exitum deducta. Singulis diebus noua / diuersaq; funera conspiciamus. Singulis ferme annis noua descendaq; damna sentimus: at hæc sola rerum eiusmodi cogitatio satis superq; satis videatur ad nos continua miseria torquendos. Tum ego possum testis inquam esse multarum calamitatum: quas ipse partim conspexi: partim audiuī / tum igne / tum incremento imbrium illata: ut etiam aqua & reliqua elementa sint nobis extimescenda. Vidi ego cum ex Britannia redirem Maranum oppidum ingens & opulentum in sinibus Italię circa alpes positum: subita vi fluminis / quod inopinato exeret: rar inundatione maxima ex parte cum incolis adeo deletum: ut nulla edificiorū vestigia supersissent. Nostra insuper etate: ut propinqua / licet parua / sed ad reprobentandum quam dico miseram accōri: data / referamus: plures domus eius vile quam Burgum campi nominant / fluuij prope decurrentis impetu noctu obrute cum familijs solotenus dissipate sunt. Memini cum puerulus essem: plura defunctorum corpora demersa limo in valle Arni superiori fuisse reperta. Infantem quoq; in cunis delatum: qui fame intererat repertum. res defendenda profecto: & que regionis nostre accolas ad luctum & mesticiam comoueret. Miserum sane vi debat ut tot virorū: mulierum: adolescentum cadauera partim a feris partim ab auibus laniata in fluminis litore iacere semisepulta: ita exesa vt non facile inter noscerentur. Cum essem in Britannia / miserabilem antea casum fuisse cognoui. In parte mari propinqua eius provincię que Flandria appellatur / fluit bis in die ac refluit mare etiā in partibus fluuijs sexaginta ferme infra terram miliaribus: adeo exuberante aqua ut maioribus nauigijs nauigabiles fiant. Maris incrementū / ne extra fluminis alueum eua getur / aggeribus incolę continent. Altius enim q̄ cetera multo excreuit mare. Vt nisi aggeres obstarent: maritime regiones habitari non possent / paludibus occupate. Accidit vero ut paucis antea q̄ in Britanniam proficiscerer annis: vento maritimum fluxum impellente: aquarum vi disiecto aggere / omnis ad multa milia passuū vicina regio suffocaretur: multaq; hominum milia (cum nullum daretur refugium) cum omni pecore interirent. Qua ex causa diutius ea patria deserta cultoribus permansit. Quid calamitosius / quid miserius accidere potuit: q̄ in tam repentinam / in tam improuisam / & in tam flebilem

Inundatio Flandrię.

mortem incidisse tot hominum milia: cum neq; parens filijs/neq; filij parentibus auxilio esse possent. Constat igitur cum sit nobis aqua ad victu necessaria: tamen multis perniciē pestem ꝑ importasse. Nihil nobis igne salutaris natura cōcessit. At is quandoq; in nostram calamitatem versus/multaru causam ꝑbuit miseriarum. Paucis antea annis urbs Basilea nobilis iuxta Rhenum: ꝑposita (ut antiqui ora ꝑstponam) maiori nobilitateq; ex parte incendio conflagrauit. Vidi ego illac iter faciens adhuc urbis illius firmantia ēdificia & domos in cinerem versas. Opidum inferioris Alemannie; cuius nomen non occurrit: ad id aliquando iter faciens conspexi egregium ac splendidum in medio lacus edificatum: ad quod ꝑ longissimos aditur ligneos pontes: una aestate ignis absumpsit, Quo incendio multi varij generis perierunt. Nocturno quoq; igne in urbe Gebenna tempe Martij nū quinti summi pontificis ꝑstrime egregieq; domus exulte sunt. Ipsi id conspeximus rem visu miseram/& fletu dignam. Huius ignis calamitas a deo multos erexit bonis: ut ꝑstmodum vita inopia ac miseravitam degere sint coacti. Animantia singula spirando aere ac respirando viuunt: quo sublato / & vita omnis sublata est. Is tanq; vite mortalium minister a deo est utilis/a deo necessarius: ut facilius ceteris elementis q; aere careamus. At is ꝑsepe nobis fit perniciosissimus: cum aut famem/aut pestem/aut morbos/aut varias tempestates: quibus inopia afficimur illius intempeis importet. Terra que nostra dicitur mater/ omnia nobis ad vitium/ut tuncq; corporis necessaria subministrat. At ex eadem terremotus/venenaferrum ꝑdeunt: quo plures q; ulla peste reliqua occubuerūt. Gignit etiam multa in nostram perniciem ꝑrompte: ut plus detrimenti quandoq; q; cōmodi afferre videatur. Q; misera igitur humane conditio vite est habenda: cum elementa ipsa nobiscum bellum gerant. Inunc: & securo si potes animo futuras: ut ꝑsententes taceam miserias non expartescas: cum ea que ad salutem nostram fabricata sunt cernas in discrimen perniciemq; conuerti. Improvisa nos inuadunt mala: sic gratuita quandoq; ut summa nos miseria lacerent etiam renitentes. Quid inopinatis durum contingere potuit homini ꝑditi ac decrepito / q; mors filij res pentina: qui auctupio intentus icetur fulminis expirauit. Vniuersa ciuitas tam infelicem nobilis adolēcentis casum/& miseris senis luctum squaloremq; deplorauit. In ꝑtura patris soli: que parua est: undecim homines hac estate fulminis ardor absumpsit. Ad quindecim ꝑterea homines ꝑpinquis in locis simili fulgoris incendio adusti. Quid est igitur dubitandum: quin hæc nostra tam fragilis/tam tenui robore pendens vita: tot tempestatibus/tot diris casibus subdita sit misera estimanda. Adde his si libet fraudes hominum: furta: latrocinia: beluaru impetus: venena: serpentum morsus: quibus multi periere. Auditi græte nostra quendam paruulum religiosum matutinis officijs intentu/araneq; necatum mortu. In Apulia paruula animalia araneis simillima: quas Tarantolas vulgo dicūt: dispersa ꝑ agros/si quem momorderint in insaniam vertunt. Singula ferarum genera ad exitum nostrum parata videntur. Urso: leones: apros: lupos: serpentum genus in nostrum interitum conspirasse credas. Quid nobis tam familiare q; canes: At eorū rabidos morsus nonnullos necasse vidi. Boues/ quod tam utile/tam malue tum videtur animal/cornibus intulerunt mortē. Ab equis insuper quod est genus utilissimum/nobis interitus imminet. Non est tam masculu/tam pacatum animal: ut non ab eo aliqua pestis redundet. Calor: frigus: siccitas: humiditas multis exitum vite intulerunt. Constantie nuper ubi generale conciliū erat hominē in temperie frigoris mortuū equo insidentem in publicū hospitium delatu conspeximus: ita stante ut videret. Obrigerat mēbra singula: a deo ut corpus equo in hospitium deuteret. Quosdā ꝑterea audiuimus in eius regionibus sibi morte perire. Q; multa igitur & pene infinita nobis vite discrimina imineant conspiciunt:

Ignis malū

Basileę in cendium

aeris malū

terre malū

Fulminis malum.

Bestiarū malum.

Qualitatu malum.

que neq; ullo consilio vitare/neq; precauere prudentia; neq; usq; declinare datur
 Coelum/terra/aqua/aer/ignis/homines/paupertas/belug/animorū varie perturbat
 bationes nobis vitę miseriam molunt. Harum rerum molestijs quassati quidam
 etiam in patria mei ortus: quos nouit: a deo illarum impatientes fuerunt: ut vite
 dio laqueo finierit dies suos: fatius ducentes/semel mori / q̄ tot perpeti vitę diu
 cultates. Logistis Atticum Ciceronis familiarem morbi grauitate p̄sumdie qua
 to postq; cibo sponte sua abstinuit finisse vitam. Multi p̄terea dicunt huius vitę
 incomoda morte voluntaria effugisse: de quorū calamitate quis dubitet: cum in
 telligat mortem illos viuendi molestię pretulisse. Quantū vero hæc vita quā rati
 ti facimus sit extimanda: aduertat qui voluerit Ciceronis exempla: que postulat
 primo Tusculanorū questionū libro. Refert em̄ ut n̄stis Cleobin & Bitonē. An
 gie sacerdotis filios: quom̄ matrem curru/cui; ipsi morte iumentū subierant/ad la
 ficium duxissent: atq; illa precata deum esset: vt id alijs pro pietate p̄remiū redder
 ret/quod maximū homini dari posset a deo: cum matre postmodū epulatos/cum
 somno se dedissent: mane mortuos esse reperitos. Simili p̄catione Triphonū &
 Agamedē: qui templū Apollini edificarant usos scribit. Nam cum a deo pro more
 cedę petissent id quod esset homini optimū: idq; Apollo se p̄biturū respondit
 post eius diei tertium mortuos inuentos esse. Q̄ p̄clara est igitur / q̄ optada hu
 ius vitę ratio/mors p̄mij laboris/pietatis loco: tanq; vita potior sit cōdonata. Nullū
 dubium igitur esse potest miseram esse hanc vitę conditionē: cui mors tanq; ma
 nus p̄cipuum p̄ferat. Nemo est mortalis (ut refert Cicero) quem non attri
 gat dolor/morbūq;. Que si vera est sententia: que inter morbos ac dolorē vita ex
 timanda est: Profecto misera atq; infœlix. At dices/plures illam æquo animo con
 stantiq; p̄peritos: sed q̄ pauci eiulmodi patientia p̄diti fuerit omittit. Scio do
 rum ac morborū vexationes maximas esse: que nostras mētes a ratione dimoues
 ant: scio illas incitamenta ac fomenta esse miserarū: quibus si inopiam/si orbitatē
 si exilium/si reliqua vitę miseria videtur: omnis (ut Seneca inquit) vita supplicij
 est: sed ubi supplicij/sibi & miseriam humanę cōditionis existere cōcedendū. Quā
 bus rebus p̄spiciū esse cenfeo: venissimam videri debere senentiā meam. Tum
 Cosmus. Q̄ quis vobiscū aliqua ex parte conuenire possim inquit: non tamē hanc
 vitę miseriam tantū rerum nature & humanę infirmitati/quantū culpe nostre ad
 scribendam puto. Vbi em̄ nostre imbecillitatis nos obliuio cepit: ubi fortunę vari
 etatis: ubi casus: ubi tempis incerti non venit in mentem: in longū duratura quā
 mente atq; anno complectunt a nobis. Consilia nostra traducimus in futurum
 tempus: & longillimā rerum seriem cogitatione ordinur. Cum interim: aut ad
 uersa valitudo: aut mors improuisa: aut fortunę nostra consilia dissipantis impet
 tus inanes nostras obrūpit cogitationes: tum curas incassum susceptas culpamus.
 tum mala nostra sentimus: tum anima duertimus nimis nos fauore fortunę con
 fidos: tum cognoscimus nosmetipsos prouocasse miseriam nostrā. Hic ego multa
 supersunt in quā/que copiosius dici posse vident ad meam hanc sententiā cōpro
 bandā: sed cū sit hora diei tardiusculane forsan sermonis prolixitate/ura v̄ valuit
 do ledatur/in crastinū si placet/videtur reliqua disputatio differenda: cum & plus
 ocij futurum sit: & tibi magis accommodatū. Placet inquit Cosmus: diem crastinum
 postmeridianum cōstitui reliquę disputationi nostre: nam loquendo iam defessi
 sumus: cras erimus paratiores. His dictis recessimus eo consilio/ut postredie reuē
 teremur.

Atticus

Cicero

Mors hanc p̄mij laboris/pietatis loco

Cicero

Seneca

Cosmus

Poggius

Cosmus